

Miscellanæ.

Dum rex. Dan. 14. 13. locum carniæ; & escarum, intue- retur, deceptus est: cum verò cinerem aspexit; intellexit veritatem. Si ad escas, gulam, ebrietatem, respicis; deciperis, & idolum coles. Sed si cinerem, & pulverem, in quem converteris; aspexeris, rationis ductum verum, non carnis fequeris. Diez Gula.

Mirum, si quis unquam hanc liber evasit; nisi fortè qui sepulchrum habitaverit. Jo. Climacus gr. 14. de gula.

Qui leonem blandè demulcet manu; nonnumquam illius manufacti: qui verò corpus obsequis fovet, ipsum amplius effervit. Id. ib.

Noli Evæ incontinentiam imitari, nè rursus serpentem accipias consiliarium. S. Basilus f. 1. de jejun.

Si quis plus delectaretur in pulvis, quàm in perdicibus; in aqua plus, quàm in vino: acceptus esset Deo à pulvis, quàm à perdicibus; ab aqua, quàm à vino abstinere. S. Albertus Magn. parad. an. cap. 7.

Vide plura tit. Peccata capitalia.

H.

TITULUS I.

HÆRESES.

§. I.

Utiles Ecclesiæ.

Operæ, (idest, Fidelibus) & hæreses esse. 1. Corinth. 11. 19. contra eos ad exercitationem eorum. Sanctus Anselmus hic. Ideo providentia divina multos diversi erroris hæreticos esse permittit: ut, cum insultant nobis, & interrogant nos ea, quæ nescimus; vel sic discutiamus pigrum, & divinas Scripturas nosse cupiamus. Idem ibid.

Eriam sic veris illis Catholicis membris Christi malo suo profunt: dum Deus utitur & malis bene. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. 28. Inimici enim omnes Ecclesiæ quolibet errore cœcentur, vel malitia depraventur. Si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam. Si tantummodo malè sentiendo adversantur; exercent ejus sapientiam. Ut autem etiam inimici diligantur; exercent ejus benevolentiam, aut etiam beneficentiam; si ve suavis doctrina cum iis terribili disciplina. S. August. 1. 18. de Civ. c. 51.

Hoc de peccatis eorum (hæreticorum) divina operatur Providentiâ; quæ lucem facit; & ordinat, ut si earum comparatione lux gratior. Idem in Pf. 9.

Hæreticorum occasione propagati sunt Doctores in fide; & per acuminem hæresum Ecclesiæ Magistri creverunt. S. Isidorus Sentent. lib. 1. c. 16.

§. II.

Figure.

Cepit voracitas vulpes. Judic. 15. 4. Quid est aliud vulpes capere, nisi hæreticos divinæ legis autoritate revincere; & sanctarum Scripturarum testimoniis, vel quibusdam vinculis, alligare, atque confringere. Sanct. August. ser. 1. D. in Pass.

Ecco Equus niger. Apoc. 6. 5. Joachimus Pererius, Ribeira, Corn. &c. dicunt, in equo nigro significari hæreticos; qui in nigris errorum tenebris versantur. Sylv. hic.

Vidi stellam de celo cecidisse. Apoc. 9. 1. Quidam varios hæreticos intelligunt. Id. hic.

Locusta; & data est illis potestas, sicut habent scorpionis terra. Apoc. 9. 3. An hæreticorum perveritas non satis expressa per locustas? cur additur, habere scorpionum potestatem? quia nesciunt in uno malo stare; in pejus ruunt. Id. hic.

Varia.

Multos seducunt. Matth. 24. 5. Seduci dignos; plus sapere præsumentes, quam deceat simplicitatem fidei. Seducunt verbis, & novitate; magis verò suavitate doctrinæ, moribus palliatis. Simon Cass. l. 9. c. 54.

Deus meus! ut quid dereliquisti me? Matth. 27. 46. Potest & ita accipi; quòd Dominus prævidens aliquos, imò plures in corpore suo; qui ab unitate Ecclesiæ sue per hæreses, five per alia criminalia peccata, erant recessuri; illum personam in se transfigurando clamabat: ut quid &c. S. Bernardus de Pass. c. 12.

H.

TITULUS II.

HÆREDITAS.

§. I.

Hæreditas Domini.

Pars Domini, populus ejus, Jacob funiculus hæreditatis ejus. Deut. 32. 9.

Elegit nobis hæreditatem suam. Psal. 46. 5. Hæreditatem suam vocat gentem: non quod aliquando gentium curam nullam gessisset; sed vehementem in eos dilectionem, & cum eis conjunctionem, & providentiæ accessionem ostendens, Sanct. Chrysof. hic.

Hæreditatem suam sprevit. Pl. 77. 62. Hæreditatem ipsos nominavit, ut qui ipsi Deo quàm maxime curæ fuerint. Beatus Theodoretus hic.

§. II.

Hæreditas nostra sit Deus.

Dominus pars hæreditatis meæ. Pl. 15. 5. Eligant sibi alias partes, quibus fruatur, terrenas, & temporales; portio Sanctorum Dominus æternus est. Bibant alii mortiferas voluptates; portio calicis mei Dominus est. S. Aug. hic.

Filius hominis non habet, ubi caput reclinat. Matth. 8. 20. Et tu amplas porticus, & ingentia tectorum spatia, metiris. Hæreditatem expectans sæculi coheres Christi esse non potes. Sanct. Hieron. ep. 1. ad Heliodorum.

§. III.

Hæreditas terrena.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem. Pl. 2. 8. Quia hæreditas propriè dicta solebat dividit inter fratres, & plerumque dividebatur forte, & partes divise mensurabantur funiculis; ideo pro eodem accipitur hæreditas, pars, fors, funiculus, possessio. Bellarminus hic.

Spiritus præclarum pars calicis eorum. Psal. 10. 7. Dicitur hæreditas calix: quia sicut calix in mensa, saltem in cœna Paschali, dividebatur inter convivas; ita hæreditas dividitur inter filios ejusdem patris. Idem hic.

Hæreditas, ad quam festinat in principio &c. Prov. 20. 21. Cajetanus sic exponit: hæreditas, quam filius juvenis ante mortem patris adire festinat, benedictione caret: quia ab eo regi, & conservari nequit, sed juveniler dissipatur. Hinc illud: Si vultur es, expecta cadaver: Si vis hæreditate paternam gaudere, expecta mortem patris. Exemplum in filio prodigo, qui prapropere portionem hæreditatis suæ à patre exigens, eam dilapidavit. Mystice Rupert. l. 4. in Gen. c. 10. homines mundani, quæ festinant hæreditate terram, & frui presentibus; amittunt bona futura, & hæreditatem cœlestem. Corn. hic.

Vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Matth. 25. 14. Bona sua, non aliena. Quot in Mundo testantur, & in hæredes suos bona non sua, sed aliena dividunt. Diez conc. 2. in Comm. Conf.

Cum scias humanitatem, bonitatem, & æquitatem, tui Domini; expertem eum tui testamenti facies? non facies cum coheredem liberorum tuorum? induc eum in terrenam hanc hæreditatem; ut te, un cum tuis liberis, in cœlestem illam hæreditatem inducat. S. Chrysof. t. 6. f. 2. de V. A.

TITULUS III.

HOMO.

§. I.

Creatio.

Cur non faceret Deus hominem? quamvis eum peccatorem præfereret; cum & stantem coronaret, & cadentem ordinaret, & surgentem adjuvaret semper, & ubique ipse gloriosus bonitate, justitia, clementia. S. Aug. lib. de catechiz. c. 18.

Homo dictus, quia ex humo factus est. Sanct. Isid. Orig. l. 11. c. 1.

Homo ipse, propter quem omnia facta sunt in terra; perfectus, hoc est, juvenilis ætatis, plasmatus esse credendus est. V. Beda t. 4. hexam.

Adam in sexta feria formatus est, in qua peccavit, & mortuus est. V. Beda in c. 2. Gen.

§. II.

Hominis dignitas, & excellentia.

Num. I.

Est Monarcha, Dominus.

Ex Veteri, & Novo, & Patribus.

Præste piscibus &c. Gen. 1. 26. In quo consistit hic principatus? in rationis præstantia. S. Greg. Nyss. Or. 1.

Faciamus hominem ad imaginem nostram. Ib. hoc est, illi rationis præstantiam tribuimus. Non inquit, facimus hominem ad imaginem nostram, ut irascatur, concupiscat, & moerreat. Perturbationes enim non tadtunt in imaginem Dei; sed ratio perturbationum moderatrix, ac domina. Ad imperandum natus est homo; quid ergo perturbationis servus? cur dignitatem abijcit? cur te peccato tradidit in servitutem? cur te constituit mancipium diaboli? Id. ib.

Homo sævissimas quaque feræ sibi ludum facit. Nihil est, ad quod ille arte non perveniat. Id. ibid.

Ut serenus ad imaginem Dei, dum principio procrearetur, obtinuit: ut autem efficiatur ad ejus similitudinem; proposito, voluntateque, consequimur. Ex imagine habeo, quod ratione sum præditus; ex similitudine autem ut bonus efficiar. Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est. Matth. 5. 48. Idem ibid.

Nondum magna hæc, & pretiosa res, homo, Mundi dominus aderat. Id. l. de creat. hom. c. 2.

Propterea novissimus in hunc Mundum, post creaturam, introductus est homo; non ut vilissimus in extrema parte projectus; sed quem decebat gentium mox esse rectorem. Idem ib.

Anima hominis pro purpureo velamine vestita virtute est, quæ omnium ornamentorum regalium pretiosior approbatur: pro secepto vero, beatitudine, & immortalitate, sustollitur; & regali sermo, justitiæ corona, decoratur. Id. c. 4.

Quale miraculum! sol sit, & nullum præcedit consilium: cœlum quoque, cui nihil in creaturis visibilibus simile videtur, verbo solo perficitur: & opus tam mirabile, nec unde fiat, nec qualiter, intimitur. Ad hominis autem solius conditionem consilio quodammodo Conditor universitatis accedit. Id. ibid.

Quod rectus est hominis habitus, & ad cœlum sese extollens, sursumque respiciens; principalia hæc dona esse certissimum est, approbantiæ regiam potestatem. Denique quod solus ita formatus est, cœterorumque omnium pronus sunt corpora; manifesta differentia honoris ejus ostenditur: dum constat quidem illa hujus esse subjecta potentia; hunc autem supereminenti existere dignitatis. Id. c. 8.

Ut, ingressuro in civitatem aliquam rege, operæ pretium est, præmittere satellites, alioque omnes; ut, bene adornatis palatii, rex honestis ibi agat: ita simili modo regem, & principem aliquem, rebus terrenis præfecturus Deus, prius omnem hunc ornatum fabricavit; & tandem præficiendum hominem introduxit; declarans factis istis; quanto honore animal hoc prosequatur. S. Chrysof. hom. 8. in Gen.

Deus fecit hominem principem omnium, quæ sunt super terram; & nihil super terram hominem majus est; & omnia sub potestate illius sunt. S. Chrysof. ibid.

Quasi Angelus aliquis vivebat homo super terram, scilicet in paradiso; corpore quidem amictus, sed extra corporis necessitates constitutus; & sicut rex, paludamento, & diademate, ornatus, & purpura vestitus. Id. hom. 13. in Gen.

Terror vester - sit super cuncta animalia. Gen. 9. 2. S. Ambr. ep. 38. de feris loquens: Sæpe suspenderunt morsus suos revocante sono vocis humane. Videmus innoxios canum dentes lepores sine vulnere capi; leones quoque ipsos, si vox hominis resultaverit, prædam dimittere; pardos, atque urfos, incitari, ac revocari vocibus; Ita vehementius illos incitat lingue (humane) flagellum.

Ut disponat orbem terrarum. Sap. 9. 3. Scilicet per Sapientiam: est enim homo postus in hoc Mundo, sicut rex in regno. S. Bonav. hic.

Simile solum est regnum calorum homini regi. Matth. 22. 2. Origen. hom. 20. hic: necesse est, ut regnum Dei simile sit homini regi: ut hominibus quasi homo apud homines loquatur. Rectè annectitur regi homo, ut reges homines se esse agnoscant, Sylveira hic q. 3.

Homo quidam erat arbor. Luc. 16. 1. Et quis erat homo iste? nisi Christus. Et quomodo dives non erat, cui ministrabant Angeli? virtutes parebant, elementa serviebant? Et habebat villicium. Quem? nisi hominem; cui, ad colendum Mundum, tota fuerat commissa possessio. S. Chrysol. ser. 125.

Quid est Mundus, nisi quidam agone plenus certaminum? hujus agonis instaurator utique omnipotens Deus est. Qui igitur agonem suscipit in hoc Sæculo? nonne omnia præparat, quæ agoni sunt necessaria? Et tunc athletes vocat paratis præmiorum insulis certaturos ad coronam. Terra exercitium est hominis. Cœlum mihi thronus, in cœlo sedes ejus. Pl. 10. 5. Non enim Deus supra elementum fedet; sed in corde hominis. Principium ergo mundani operis cœlum, homo finis. Cœlum de Mundo, homo supra Mundum. Illud enim Mundi portio, iste paradisi incolæ, Christi possessio. Cœlum incorruptibile putatur, & præterit; homo corruptibilis habetur, & incorruptionem induit. Illius figura perit, iste quasi immortalis resurgit. S. Ambros. ep. 38. ad Hærontianum.

Videbatur nihil elephantis natura habere robustius, nihil tam terribile, vel procerum; nihil tam ferum, quàm leones, veltigrades sunt. Et hæc serviunt homini; & naturam suam humana institutione deponunt; obliviscuntur, quod nata sunt; induunt, quod jubentur. Quid multa? docentur ut parvuli, serviunt ut infirmi, verberantur ut timidi, corriguntur ut subditi. S. Ambr. l. 6. hexam. c. 6.

Omnes in Christo regeneratos Crucis signum efficit reges: Sancti verò Spiritus unctio consecrat Sacerdotes; ut, præter istam specialem nostri ministerii servitutem, universi spiritalis, & rationales Christiani agnoscant, se regii generis, & Sacerdotalis officii, esse consortes. Quid enim tam regium, quàm subditum Deo animum corporis sui esse rectorem? Et quid tam Sacerdotale, quàm vovere Deo conscientiam puram, & immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre? S. Leo 1. 3. in univ. die assumpt. ad Pontificat.

Vir quidem, cum sit imago, & gloria Dei, non debet velare caput. 1. Cor. 11. 7. Si ergo, qui non debet valere caput, imago Dei est; profectò quæ velatur, non est imago Dei, quamvis ejusdem animæ sit particeps. Quomodo ergo homo est imago Dei? secundum imperium, & potestatem. Quod perhibere etiam videtur, vox divina, quæ dicit: faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et modum subjungens, ait: ut dominetur &c. B. Theodoretus q. 20.

Anima regium quid præferat cœlo; & quod libero voluntatis arbitrio utitur. Pro purpura virtutem induit; quod omnium indumentorum est maximè regium; & pro secepto verò immortalitatis beatitudine nixa, pro regio diademate justitiæ corona honestata. Isid. Clarius l. 1. or. 58.

Quælibet persona humana, quadam est congregatio, quidam cœtus, quoddam collegium; imò quoddam regnum; in quo diversæ potentia, scilicet sensitiva exterioris; potentia intellectuales, memoria, intelligentia, voluntas; in quibus consistit imago Dei; quibus omnibus præest voluntas, tamquam domina, & regina; quæ tendit sequi consilium rationis, tamquam judicis. Tunc autem illud regnum bene regitur, quando inferiores potentia subduntur, & obediunt mediis, mediæ supremis, & supremæ ordinatæ voluntati, voluntas soli Deo. S. Bonavent. l. 39. in Nat. B. V.

Virtus est gratuita unctio regalis promotionis. Sicut enim Reges, qui promoventur ad regna terrena, ungentur; sic Deus Electos suos ungit unctio gratiæ, ad obtinenda regna cœlestia, & terrena. Idem diar. fal. c. 24. de virtutibus in communi.

Homo est nobilissima creatura, omnibus creatoris prælata, & summum bonum factum, Richard. à S. Victor. de Arca myst. l. 3. cap. 1.

Mundi domicilium non sine singulari elegantia, concinnatum, atque in morem throni regalis exornatum, regem expectabat. Oportebat denique & hominem procreari, qui regali throno conveniret. S. Basilus Seleuc. or. 1.

Num. II.

Ab ipso Deo creatus.

Manus tuas fecerunt me, & plasmaverunt me. Job 10. 8. Notant Scripturæ Interpretes, in illa verba Gen. 1. 24. Producat terra animam viventem; potuisse etiam terræ Deum præcepisse, ut produceret saltem hominis corpus (anima enim ejus ita perfectæ est, ut à solo Deo formari possit.) cum sit ex limo formatum. Nihilominus ait cum plasmavit. Pl. 118. 73. Job: manus tuas fecerunt &c. quod de perfectis illis animalibus non legitur.

mens. Idque etiam notavit. S. Ambros. in Pl. 118. ut inde op-
tis dignitatem agnosceremus.

Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Gen.
2. 7. Doultrem. l. 1. c. 2. sect. 3.

Tantum amor terræ, tanta est dilatio nostris
Dignatur præpinguis humi comprehendere molem
Divinis glebam digitis; nec forâda censet
illarentis massa contagia.

Prudentius.

Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Pl. 138.
5. Erat enim homo imago illa, quæ omnium maxime Sapien-
tiam Dei debebat offendere. De Tuffo in Ecl. c. 1.

Cuncta, dixit, & facta sunt. Cum verò facere hominem
decerneret, hoc, quod reverenter pensandum est, præmittit di-
cens: *faciamus hominem*. Neque enim de eo, sicut de rebus
cæteris, scriptum est: *factus est*; & factum est: neque ut
aqua volatilia; sic terra hominem protulit; sed, priusquam
fieret, *faciamus* dicitur: ut videlicet, quæ rationalis natura
condebatur, quasi cum consilio facta videretur, quasi per stu-
dium de terra plasatur. S. Greg. mor. l. 9. c. 27.

Cætera dixit, & facta sunt; mandavit; & creata sunt;
Ut homo fiat, specialis Dei accedit hortatus: ut tamquam
laborantis Dei in hujus munere creaturæ significaretur operatio.
Deus quidem expers laboris est; sed tamen Scripturæ
verba quid aliud, nisi studiosam, tui ob gratiam, operationem
eius ostendunt. S. Ambros. l. 10. in Pl. 118.

Homo lyra est, & multarum vocum instrumentum: ad
concentum suaviter apissimum summi Dei compositum
manibus. Clemens Alex. adhort. ad Gentes.

Limus in manibus Dei, quæcumque sunt, pervenit: satis
beatus, etsi solummodo contactus. Itaque toties honoratur,
quoties manus Dei patitur. Tertull. l. de resurr.

Quantum cæteris creaturis præstat homo, dignitate virtu-
tis, ex ipsa reverentia dicitur Creatoris: dum per omnia
dixit Deus factus, & factus sunt; creare verò hominem, cum
quadam ætemi consilii deliberatione voluerit, dicens: *faciamus*
omnino. S. Ildorus sent. l. 1. c. 11.

Cum universum conderet orbem terrarum, & omnia, quæ
in illo sunt, à principio ipse dixit & facta sunt; ipse man-
davit, & creata sunt. Pl. 148. 5. Non aliter Angelorum natu-
ram, quam cujuscumque vermiculi, creavit; non amplius
laboravit. At verò cum hominis naturam plasare vellet:
ut offenderet, qualis esset, quem facere volebat quæcumque
cum diligeret, ait: *faciamus hominem*. S. Laur. Jul.

Num. III.

Homo quantum à Deo honoratus, & estimatus.

Juste illum Dominus vendidit, & uxorem ejus, & filios. Eccl.
Matth. 18. 25. O quanti æstimat Deus hominem! cum eum
vendidit, ut tamen eum recuperaret summam: quan-
do homo adeo pravi æstimat Deum, ut de vendito non mag-
nam recipiat summam. Naxera in Jos. 17. §. 15.

Jure homo est Deo charus: quoniam ejus signum homo
est. Clemens Alex. pxd. l. 1. c. 3.

Gratias Domino Deo nostro, qui hujusmodi opus fecit, in
quo requiesceret. Fecit cœlum; non lego, quod requie-
verit: fecit terram; non lego, quod requieverit: fecit solem,
lunam & stellas; nec ibi lego, quod requieverit; sed lego,
quod fecerit hominem, & tunc requieverit; habens, cui pec-
cata dimitteret. Aut forte tunc jam futuræ Dominicæ Passio-
nis præcessit mysterium, quo revelatum est; quia requiesceret
Christus in homine, qui requiem sibi prædestinabat in corpo-
re pro hominis redemptione. S. Amb. hexam. l. 6. c. 10.

Nostræ naturæ primitias obtulit Patri: & oblatum donum
miratus est Pater; quod & tanta dignitas offerrebat; & quod
offerrebat, nulla macula foedabatur. Nam, & suis manibus
suscepit oblatum, & sua sedis fecit esse participem; & quod
plus, ad partem suæ dextere collocavit. Cognoscimus, qui
est ille, qui audivit: *sede à dextris meis*. Quæ natura est;
cui Deus dixit: *esto mex particeps sedis*. Illa natura est,
quæ audivit: terra es, & in terram ibis. Non enim ad om-
nem gloriam cœlos transisse succurrat, non cum Angelis
flare; sed cœlos transivit, supra Cherubim ascendit; ultra
Seraphim elevatur: nec ante sedit, nisi sedem Dominicam
meruisset. S. Chrysost. l. de Ascens. Dom.

Homo est chara possessio Dei. Idem homil. 27. c. 25. in
Matth.

Quæ oratio, quæ mens, quantum honorem Deus humano
generi exhibuit, mirificum profectò, & admirandum; expli-
care poterit: quis Angelus? quis Arch-Angelus? nihil quod
in cœlis est, nihil quod in terra: Et profectò, in hoc quo-
que Domini videre licet benignitatem; qui, cum nemine no-
stram indigeat, refferit sibi tamen vicem dicit, cum animam
nostram non neglexerimus. Idem, hom. 10. in Joan.

Mira quærentis Dei dignatio! magna dignitas hominis sic
quæ sit! S. Bernardus ser. 1. in Adv.

Quid sumus nos? nisi Magni Musici Dei quædam instru-

Apoc.

menta. Unde & in cytharis, & in organis, quæ profectò cog-
da, & corpora nostra sunt, Dominum laudare jubemur. Ipse
quoque Dominus noster Musicum Dei Patris maxime in-
strumentum est, cui dicit idem Pater, dum secundum corpus
in sepulchro jacet: *exurge gloria mea, exurge psalterium, &*
cythara. Pl. 56. 9. Rupertus l. 1. in Jo. 1.

Summæ dignitatis est homo. Video, quantum sit cœlum,
terra, sol; & luna: nec tamen placuit in iis Domino, sed
in homine requiescere. S. Macharius hom. 15.

Vide plura tit. Honor. §. 6.

Num. IV.

Homo cur ultimo creatus.

In omnibus rebus præstantiora sunt, principia, & finis. Si
domum consideres, potiora omnibus fundamenta, & culmi-
na. Si agrum, fatio, & messis; plantatio, & vindemia. Ita
ergo & cœlum primo est conditum, novissimum homo, quasi
quædam cœlestis in terris creatura. Rectè ergo in constitu-
tione Mundi primum cœlum, & novissimum cœlum in quo,
quod ultra cœlum est, Deus cœli est. Denique de eo magis
accipitur: cœlum mihi thronus. Non enim Deus supra
clementum sedet; sed in corde hominis. Principium ergo
operis Mundani cœlum, finis homo. Cœlum de Mundo;
homo supra Mundum: illud enim Mundi portio; iste para-
disi incola, Christus possessio &c. S. Ambros. ep. 38.

Qui convivium adornat, ut ille Evangelicus dives, - uti-
que omnia prius præparat; tauros, & saginata, occidit; &
tunc amicos ad coenam invitat. Prius ergo, quæ leviora sunt,
parantur; & tunc rogatur honorator. Unde & Dominus ho-
mini antè animalium cœterorum præparavit epulas: tunc ip-
sum, quasi amicum, ad suum vocavit convivium. Et verè
amicum: quasi charitatis divinæ participem, & heredem glo-
riæ. Id. ep. 38.

Consentaneum non erat, Imperatorem existere prius; quam
eos, quibus esset in potestate præsciendus. Idcirco univer-
sitate hujus Creator ei, qui imperatoris erat, quandam sedem
regiam præstitit. Ea verò terra erat, & insula, &
mare, & ipsum cœlum: atque iis in palatiis omnis generis
opes condite sunt. S. Gregor. Nyss. de opif. hom. c. 1.

Anima iustissima, & rudissima, generi piscium obvenit
post volucra, & terrestria acrioribus jam sensibus prædita;
postremus homo creatus est, qui conditor mentem eximiam
donavit, quæ sit eorum animæ anima; quemadmodum pupilla
in oculo: nam hæc quoque nature scrutatoris dicitur esse ocu-
li oculo. In his, autem, quæ successivè generantur, ordo
hic est; ut natura, incipiens à vilissimis, desinat in præstan-
tissima omnium. Nihil enim è terra genitum Deo similis,
quam homo. Philo Jud. lib. de Mundi opif. c. 1.

Num. V.

Homo parvus Mundus epitome Creaturarum.

Homo ex rerum universitate compositus, alter brevi quo-
dam modo creatus est Mundus. S. Ildorus l. 1. sent. c. 8.

Quam parva, atque indigna, nonnulli exterorum de ma-
gnificèntia hominis suspicari sunt, qui cum collatione Mundi
hujus extollere putaverunt: dixerunt enim, parvum Mundum
esse hominem. S. Greg. Nyss. l. de creat. hom. c. 17.

Deus fecit, ut aliquis Doctor, qui fecit aliquem librum;
& post in fine libri totum epilogat in uno capitulo. Ita Deus
fecit Mundum; ut librum magnum; in quo qui vult lege-
re, potest ibi legere divinam potentiam in creatione, Dei
sapientiam in ordinatione, misericordiam in conservatione.
Fecit omnes creaturas corporales, & Spirituales; & ultimo
hominem, qui participat cum omnibus creaturis, tam spiri-
tualibus, quam corporalibus, cum lapidibus in esse; cum
plantis in esse, & vivere, & sentire; cum Angelis intelli-
gere. S. Vinc. Ferr. ser. D. 1. Epiph.

Ut propriè dicere liceat, hominem esse omnia, terrenum,
aquaticum, volucrum, cœlestem. Philo Jud. de opif. c. 4.

Num. VI.

Hominis dignitas ob Incarnationem Christi, & labores.

Delicia mea, esse cum filiis hominum. Prov. 8. 31. Potius sunt
ei delicia esse cum filiis hominum, quam cum Angelis: quia
de his, quæ accipio, vel venatione, capiuntur, sunt delicia
ciborum, non de domesticis. Et ipse quidem venatione præda-
tionis, & accipio crucis, cepit homines. Hugo Card. hic.

Quis mihi det te fratrem meum. Cant. 8. 1. Vult sponsam foris
sponsa invenire, & deosculari, quia concupiscit sub lege posita,
ut per carnem appareat; ut ei per amorem serviat, qui prius,
non accepta gratia, plustimore, quam amore, serviebat. Post
cujus oculum jam a nemine despicitur: quia, postquam Chris-
tus venit, & Fidelibus suis spiritum libertatis infudit; ab ipsis
etiam Angelis Ecclesia honoratur. Hinc est, quod Josue Ange-
lum adoravit. Jos. 5. 15. Joanni verò volenti se adorare dixit
Apoc.

Apoc. 2. 9. vide, ne feceris: conferens enim tuus sum &c. S. Gre-
gor. hic.

Conferens in corde suo. Luc. 2. 19. Conferamus Dei dignationem,
& hominis dignitatem; Dei humilitatem, & hominis exaltatio-
nem. Quantum potuit altitudo divina inclinari, & infirmitate
humana provehi; ut illa istam suscipere, ista verò suscipere
in illa: ut Deum homo fieret Deus. Si conferamus, exultabimus,
amabimus; & apponetur confidentia, ne aliqua desperatione
frangamur. Simon Cass. l. 2. cap. 21.

In brevi poterat patri negotium; & poterat tantus labor ab-
breviari ad solum Christi verbum; sicut factus Mundus, & di-
sposta cuncta ad ejus imperia. Sed elementatio Mundo dignior
est rationalis homo. S. Cypri. de Nat. Dom.

Hoc utique consideranti mihi, fiducia est dicere; non homo
minor paulo minus est Angelis; non utique tantum æqualis An-
gelis, sed superior Angelis: quia homo Deus, & Deus homo, non
Angelus. S. August. solil. c. 8.

Unde Deus humana patitur, inde homo ad divina sublevatur,
S. Gregor. l. 4. hom. 2. in Luc.

Ante Deus ornavit terram, quam cœlum: tamquam sit terra
ante cœlum ditata sit Christi mysterio & adventu. Propterea
cœlum notatum; quoniam ante angelos terra, & terra geniti
homines, Deum per carnem vidimus &c. Anastasius Sinaita lib. 4.
in Gen.

Dignissima quidem facta humana natura; non tamen vilefacta
divina. Amatur æternus, & omnium hominum Deus, divinè
amat omne, quod sui amoris susceptibile fecit. Simon Cassia
lib. 4. cap. 2.

Stupenda res! Dedit tibi Deus animam, qua ipsi similis fieres.
Dedit corpus, cujus ipse Deus similitudinem assumpsit: ut non
tantum se sibi, sed & se sibi, admirabili charitatis invento con-
ferret: quod Theologi plures censent facturum Deum fuisse,
licet primus homo non peccasset. Malenius in duce vitæ de
fine hom.

§. III.

Varia de præstantia Hominis.

Manus tua-plasmaverunt me. Job 10. 8. Manus dicit
pluraliter, non manu. At verò alibi ait: ego manu
mea solidavi cœlum, & manus mea fecit hæc. In hominis
constitutione videtur non abundare, quod toti Mundo, ut
fieret; abundavit. Cœlum una firmavit manus, ut scriptum
est; & utraque Dei manus hominem figuravit, ut legimus.
Cœlum non ad similitudinem, homo ad similitudinem. An-
geli enim ad ministerium; homo ad imaginem. Esto ut &
Angeli ad imaginem; Scriptura tamen de homine locuta est,
quod sit ad imaginem. Habemus enim aliqui, quod fortas-
se Angeli non habent: ubi enim abundavit peccatum, supe-
rabundavit gratia. Nobis est natus Christus ex Virgine. No-
bis carnem suscepit; imò potius nos in illa carne suscepit,
quando Filium hominis in Dei sede constituit. Non lego An-
golos in Dei sede, nisi stantes, nisi ministerium deferentes. Filius
ergo hominis ad dexteram sedet, non Angelus, non Arch-An-
gelus; nec Cherubim, & Seraphim. Illi laudent: Filius ho-
minis sedet. S. Ambros. in Psalm. 118. oct. 10. Manus tuæ
fecerunt me.

Seraphim stabant super illud. Il. 6. 2. S. Bernardus ser. 3. de
verb. Il. in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi crea-
turam rationalem; angelicam scilicet, & humanam. Sed qua
causa Deus humanam sic extollit naturam, ut certare cum
angelis, iisque supremis, de amore, & laudibus, Dei possit
Respondet: ad contumeliam tuam ô superbe, qui creatus inter
angelos stare non meruisti. Ecce rex noster novos in terra
Angelos fabricaturus adventi: atque, ut tabesca amplius, non
qualescumque, nec inferioris alicujus ordinis, sed Seraphim.
Cum enim ipse fuerit Seraphim, atque ex illa sublimitate in
tam abjectam vililitatem sua arrogantia lapsus fuerit; non po-
test non plurimum erubescere, cum videt hominem, tam
humilem creaturam, alis gratiæ, & ardentis amoris, suaque
demissione, penetrare in sedem, quo ille per suam superbiam
excidit. Didacus Nyss. ser. 2. D. 3. Quadr.

Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Matth. 18. 10.
Multi ideo non curant, nec metuunt, alios scandalizare: quia
parvi pendunt eorum personam; nec attendunt dignitatem natu-
ræ ad Dei imaginem factæ; ac pretium sanguinis Christi
pro ipsis effusi. Consideremus ergo dignitatem animæ ratio-
nalis, & beatitudinem, ad quam condita est; & quanta pro
ejus salutem tota Trinitas fecit; quanta Christus sustinuit;
quanta beneficia contulit: inter quæ & superdignissimum Cor-
poris, & sanguinis sui Sacramentum. Et sic fiet, ut neminem
alpernemur. Dionys. Carth. hic.

Homo quidam fecit canam magnam. Luc. 14. 19. Deus ho-
mo dicitur, quod hominis creator sit. Et, cum homo om-
nium illius operum sit primum, & excellentissimum; ipse, in
tantæ rei significationem, nomen hominis sibi ultro assumpsit.
Homo quoque dicitur, quod hominem cum primis diligeret.
Homo denique vocatur; quod Filium unigenitum hominem,

hominum redimendorum gratia; induere voluerit. Cùmque Fi-
lius Patri divinitate per omnia æqualis, simulque homo, sit; Pa-
ter, qui idem profusus est, quantum ad divinitatem cum Filio;
similis quoque secundum humanitatem esse desiderat. Beffesus
D. 2. Pent.

Cognosce te anima, quia non de terra, non de luto es: quia in-
fusa est in te Deus, & fecit in animam viventem. Opus ma-
gnificum est homo; Dei generatione inspiratum. S. Ambros. in
Pl. 118. ser. 10.

Rectè ergo novissimus, quasi totius summa operis, quasi causa
Mundi, propter quem facta omnia; quasi omnium habitator ele-
mentorum. Inter feras vivit, cum piscibus natat, super aves volat,
conversatur cum Angelis; terram inhabitat, & cœlo militat;
sulcat mare, aere pascitur; cultor soli, viator profundis; piscator
in fluctibus, in aere anceps, in cœlo hæres, Christi confers. Id.
epist. 38.

Cùm omnia opera sua laudaverit Deus, cœlum, terram, maria,
noctem, & diem; - ubi ad hominem ventum est, solus non vide-
tur esse laudatus, propter quem omnia generata sunt. Quæ cau-
sa est; nisi forte ea: quia alia in specie sunt, homo in occulto. Ni-
hil in bestis plus reperias, quam quod videtur: in homine nihil
est inferius, quam quod videtur. Qui, cum ex animo consistet, &
corpore; hoc utique in eo servit, quod videtur: illud autem in eo
regit hominem, quod non videtur. Merito ergo alia in exordio
laudantur; istis laudatio non promittitur, sed reservatur: quia alio-
rum gratia foris, hujus intus est. Aliorum in nativitate, hujus in
corde: - & ideo laudatio ejus non in exordio, sed in fine est. Idem
de institut. Virg. c. 3.

Quamvis miracula visibilibus naturarum videndi assiduitate
viliuntur; tamen cum ea sapienter intuemur, inusitatis miris ra-
tissimisque, majora sunt. Nam & omni miraculo, quod fit pro
hominem, majus miraculum est homo. S. August. de Civit. lib.
10. cap. 12.

Quod Deus est in cœlo, nos in terra; & quemadmodum super-
ne nullus eo est superior; ita nullus in terra est huic animali simi-
lis virtute. S. Chrysost. in Pl. 11.

Multis passeribus antellare nos Dominus pronuntia vitæ. Luc. 12.
7. Si non & phœnicibus, nihil magnum, homines semel inter-
bunt; avibus Arabia de resurrectione securis. Si enim phœnicem
non esse minus præstantiores nihil magnum? in actibus enim heroi-
cis non solum debemus excedere vulgus; sed etiam eos, qui rari
sunt: ut phœnix. Sylveira in Matth. 10.

Potuit Deus delegare Angelis suis dicens: *homini inis potestatem*
sed agnosce homo dignitatem tuam: nulli etiam vel cœlesti
creature te esse subiectum voluit, nulli de te judicare vel permitti.
Agnosce nobilitatem tuam: soli Deo competit de te judicare.
Eusebius Emif. ser. 2. de Symbolo.

Puto, quod gloriosior est Joannes, quia homo fuit, & propter
virtutis meritum angelus est vocatus; quam si nomine Angelus,
& natura, fuisset. Angelus enim hoc ipso, quod Angelus, non
est virtutis præmium, sed nature proprietates. Ille autem mira-
bilis est, qui in humana natura angelicam facultatem transegit
suis est; & obtinuit, quod non habebat natura per gratiam. Au-
thor Impref. hom. 27.

Solam in terris cœlestem plantam fecit hominem, cujus radice-
ces Conditor in cœlum usque protendit; cœtera in terra desinit
capita (omnes enim humi caput habent) soli homini sublimem
dedit: ut alimenta cœlestis incorruptibilia querat, non terrena
ista corruptionis obnoxia. Quapropter corporis nostri partem
insensatissimam à ratione secretas: pedes, ceu radices, ad terram
applicuit; sensus autem, mentis satellites, & hæc ipsam longissi-
mè à terra iuste habitare. Philo Jud. lib. de eo, quod dicitur
potiori insidari soleat.

§. IV.

Homo est imago, & similitudo Dei.

Num. I.

Ex Veteri.

Et vidit Deus, quod esset bonum. Gen. 1. 10. 25. Cur post homi-
nis creationem nulla laus? S. Epiphanius hæret. 66. quoniam
ad imaginem Dei creatus est, tam excellenti dignitate contentæ
Sacre Scripture fuerunt, nulla ut accessione opus videretur.
Nam, si bonitatis ipsius erat imagine præditus, scilicet Dei; à quo
bonitatis fons omnis ab eoque bonum ipsum in universa deriva-
tur; quid attinebat hoc audire testimonium, & esse bonum; cum
boni ipsius imaginem in se contineret.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Plal. 47. 7. Mone-
ta Dei sumus. A thesauro aberravimus. Errore detritum est,
quod in nobis fuerat impressum. Venit, qui reformet, quia ipse
formayerat. Quærit & ipse nummum suum, sicut Cæsar num-
mum suum: ideo ait: *reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari; & quæ sunt
Dei Deo*. Cæsari nummos; Deo vox ipsos. S. August. tr. 40. in
Evang.

Dignum est, ut imago Dei Deo splendet; & inde pulchra, in-
de sit compra, dicens: *signatum est super nos lumen vultus tui Do-
mine*. Alioquin adultera est, & à divino aliena conjugio; si alte-
rius

rius cuiusquam decore in speculo sui cordis ostendat; aut ullis aliis monilibus acq̄scent ornari; nisi illis, quæ de thesauris sponi per Sancti Spiritus pignus accepit. S. Ambros. ep. 84. post medium.

Proprius hominis character est, similitudo cum Deo: S. Gregor. Nyss. tr. 2. de incript. Pl. c. 12.

Num. II.

Quare ad imaginem, & similitudinem homo creatur.

Libertum, & sui arbitrii, & suæ potestatis, invenio hominem à Deo institutum; nullam magis imaginem, & similitudinem Dei in illo animadvertens, quam ejusmodi status formam. Tertull. l. 2. adv. Marcion.

Fecit Deus hominem non solum ad imaginem suam, sed etiam ad similitudinem suam. Ad imaginem videlicet in eo, quod rationale, & æternum; ad similitudinem vero in eo, quod suæ bonitatis imitatorum fecit eum. Et hanc quidem similitudinis Dei lucem tunc amittit, quando peccando Creatoris imitationem deserit. Innocentius III. P. de sacro alt. myst. l. 1. c. 1.

Ad imaginem, ut sit rationalis; ad similitudinem, ut reclus sit sectando justitiam Dei. Sed ea, quæ carere non potest homo, facultas rationalitatis, instrumentum est; five oculis quidam, ad querendum similitudinem Dei. Est ergo inextinguibilis; cum ad similitudinem Dei non pervenerit; quia videlicet homo instrumentum ad hoc, propter quod sibi datum est, ut nolit. Rupertus l. 2. c. 3. in Gen.

Quid illud est, ad imaginem? Facillime reperiuntur, in quibus homo Deum imitatur: siquidem ad imitationem Dei Creatoris, homo construit domus, parietes, civitates, portus, naves, currus, & alia infinita; velut imagines, & figuras, cœli, solis, lune, stellarum. Infinita tamen est in ratione condendi diversitas: nam Deus omnium ex iis, quæ sunt, & non sunt, creat; idque sine labore, & tempore: quia simul atque voluerit, producit; quod ei placuerit. B. Theod. q. 20.

Ad imaginem suam fecit creaturam rationalem, secundum rationem; ad similitudinem suam, secundum dilectionem; ad imaginem suam, secundum intellectum; ad similitudinem suam, secundum affectum; ad imaginem suam, secundum cognitionem veritatis; ad similitudinem suam, secundum amorem virtutis. Richardus à S. Vict. tr. Exception. l. 1. c. 1.

Faciamus hominem ad imaginem, ut cognoscat; ad similitudinem, ut diligat. Hugo. Card. in Gen. c. 1.

Num. III.

Imago, & similitudo, in homine falsificata, perditur.

Cujus est hæc imago. Matth. 22. 20. Tunc certe Deus examinabit hominem, & supercriptionem: utrum sit Dei, an diaboli? si enim est Dei, reponitur in thesaurum cœli, si est diaboli, proficitur in fornacem inferni. S. Bonav. l. 1. d. 18. Pent.

Illam animam à Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendorem pietatis. Illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & Paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem Adam ante peccatum; sed ubi lapsus est, depositus imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem. S. Ambros. hexam. l. 3. c. 7.

Fuga malorum, similitudo Dei est; & virtutibus imago Dei acquiritur. Ideo, qui nos pinxit, quasi author, pinxit virtutum coloribus. Ecce ego, inquit ad Jerusalem Is. 49. 16. pinxi muros tuos. Non detergamus penicillo negligentia depicta animæ nostræ muralis. S. Ambros. l. de bono mortis. c. 5.

Adam ubi est? ubi imago mea primum formata? ubi paradii pretiosissimus ornatus? ubi manuum mearum artificium? ubi imago regni mei nuper depicta? ubi nunc familiaris meus amicus? S. Chrysostr. f. de Adam & penitentia.

Omnia Deus ad eum adduxit Gen. 2. neque illi quidquam vel nocere audebat, vel insidiari: quippe quod in eo videbant regiam reluctentem imaginem. Simul ac verò speciem illam peccati tenebris obscuravit, Deus hominem de imperii statu dejecit. Idem l. de Virginit.

Perdidit imaginem suam anima, quæ mandatum Dei transgressa est. S. Macarius hom. 11.

S. V.

Quis verus homo?

Seth, nepos Adami, qui Gen. 4. 26. cepit invocare nomen Domini, dictus fuit Enos; quod intelligitur homo. Cur commune nomen uni tantum proprium datur? Eusebius lib. 7. preparat. Evang. c. 3. Apud Hebræos Enos verus homo interpretatur: neminem enim verum putant esse hominem, præter eum, qui verum Deum, & cognoscit, & pie colit; alios nihil à peccatoribus differre arbitrantur: quia veluti bestia, ad terram proni; veniri, & veniri, obediunt: quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios serpentes, varia qua-

dam vitiorum similitudine, Scriptura Judæorum appellare consuevit. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 4.

Domini quasi vir pugnator. Ex. 15. 3. Septuag. transcurrunt: homo. Nam & hoc nomen virtutis est, juxta illud Moysis ad Deum Num. 27. 10. provideat Dominus Deus hominem, qui sit super multitudinem hanc. Idem ibi.

Homo quidam erat. Job 1. 1. Ità legit Origenes. Alias: vir erat. Cum hominem illum memorat, offendit protinus, quod ille homo fuerit, & non jumentum, neque bestia. Unus erat ex omnibus hominibus secundum corpus, secundum corruptionem; sed singularis erat præ omnibus hominibus juxta spiritus instantiam, & animæ sinceritatem, atque justitiæ perfectionem. Homo quidam erat. Non erat bellua cruenta; non erat serpens nequitia; non erat equus, neque malus luxuria, neque petulantia; non erat canis spurcitia; neque vulpes dolo, atque astutia; non erat scorpius, neque veneni lethalis vipera; sed homo erat. Origen. hic.

Deum time, & mandata ejus observa: hoc est enim omnis homo. Eccl. 12. 13. Nollet Cosmas Magalians in ep. 2. ad Timoth. c. 4. v. 5. annot. 2. n. 3. sic exponit: hæc est definitio hominis. Ut, si quæras: quid est homo? respondeat Salomon: est ille, qui timet Deum. Coeteri enim quidem videntur homines; sed revera sunt leones superbi, lupi voraces.

Genuine: hoc est omnis homo; idest, huc natus, & factus, est omnis homo; ut scilicet Deum timeat, & mandata ejus observet. Rursum: omnis homo, idest, omne bonum, omne officium, omnis finis virtus, decus, felicitas, hominis, in hac vita consistit in timore Dei, & observantia legum ipsius. Quidquid præterea habet homo; five opes sint, fivecentia, five delicia, five infusa, five purpura, five regnum ventus est, vanitas est, nihil est. Cornelius hic. Sapiens rem magnimomenti suis auditoribus impresserit ait: hinc loquendi pariter audiamus: Deum time, & mandata ejus observa. Quasi eò minus hominis quis habeat, quò minus habuerit timoris. Deum enim non timere, irrationabile est, & belluinum. Unde Pl. 63. 10. & timuit omnis homo. S. August. qui non timuit, non fuit homo utrens ratione. Mendoza in 1. Reg. 1. 1. Annot. 4. sect. 1.

Alpeis terram; & ecce vacua erat, & nihil. Jerem. 4. 23. & v. 25. addit: intus sum, & non erat homo. Nullum vidit, quia nullus hominis nomine dignus. Alvarez Illustr. 85.

Ecce homo. Joan. 19. 5. Hujus hominis Dei imaginem referas; & verè homo evades: ejus patientiam, modestiam & c. imiteris, & verus homo eris. Id. ibi.

Si quis te interrogaverit, quid est homo? dic ad eum: irrepresentabilis, justus, & recedens ab omni opere malo; adeo ut, qui talium peccatorum officiorum testimonium non fuerit comprobatus, homo non sit. Etenim talis, quamvis nature characterem ferat, hunc tamen malitiæ propositum deformat. S. Chrysostr. hom. 2. de patientia Job.

Homo Dei. In Scriptura dicitur esse Dei, quidquid habet in suo genere excellentem aliquam commendationem. Sic Genes. 32. 2. dicitur calbera Dei. 1. Paralip. 12. 22. exercitus Dei. Ezech. 1. 1. visiones Dei. Pl. 79. 11. cedri Dei. Pl. 35. 7. montes Dei. 1. Theil. 4. 15. tuba Dei, & c. Cum enim Judæi superlativis careant, eorum defectum adjecto nomine Dei suppleant. Sed maxime in ordine, morali debebantur homines Dei, vel viri Dei; qui ad Deum proximè accedere videbantur: vel quia; quod est Dei proprium divinabant: vel quia sanctitate ipsam divinitatem exprimebant: vel quia toties se in Dei obsequium mancabant. Homines, five viri Dei, vocantur Moyses. Jos. 14. 6. David 2. par. 8. 14. Elias 3. Reg. 17. 18. 4. Reg. 1. 9. Mendoza in 1. Reg. 9.

Epitaphium Eusebii M. Eusebio homini Dei. Aringi de Roma subterranea, de Coem. S. Sixti.

S. VI.

Pauci veri homines. Quis non verus.

Quis novit, si spiritus filiorum Adam, ascendat sursum, & si spiritus jumentorum descendat deorsum. Eccl. 3. 21. Jumenta accipiunt pro iis hominibus, qui non utentes munere rationis, comparantur jumentis insipientibus. Homines autem illos veros cognoscimus; qui, distincti à bestialitate vivendi, secundum rationem se moderantur. Olympiodorus hic.

Omnes homines nati sumus homines; sed non omnes homines homines sumus. Item in honore piscis comparatus est jumentis insipientibus. Origenes hom. 3. in c. 13. Ezech. Ità legitur.

Homo quidem novit est plerumque; verum homo non est prudentia. Cum te vitam à ratione alienam agentem videro; quoniam modo te hominem nominabo, non bovem? S. Chrysostr. hom. in Pl. 48. Nè timeris &c.

Faciamus hominem. Hoc est, ut imperet, & visibilis omnibus, & passionibus suis: imperet; non ferat imperium. Itaque, quia, amissa dignitate, magis subditus est; & imperium fert portus, quam imperet; amittit & nomen, quod sit homo; & brutiorum in se nomina transiit. Idem hom. 25. in Gen. Vide tit. Finis hominis.

S. VII.

S. VII.

Hominis vanitas, miseria, fragilitas.

Ex Veteri, & Novo.

Factus est homo in animam viventem. Gen. 2. 7. Chald. in animam loquentem. Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. Hebr. plasmavit Deus hominem pulverem, vel lutum de terra.

Contra folium, quod vento rapitur. Job 13. 25. Quid est enim homo, nisi folium? qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit. Quid est, nisi folium, qui tentationis vento rapitur? & desideriorum flatibus levatur. S. Gregor. mor. l. 11. c. 22.

Mare Job 9. 8. mens hominis, & quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis; quæ aliquando per iram tumescunt, per gratiam tranquillæ fiunt; per odium cum amaritudine defluunt. Idem l. 12. c. 4.

Quasi flos egreditur. Job 14. 1. Quid sunt nati homines in Mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hac latitudine Mundi præsentis; & ecce quasi tot floribus, quod hominibus, plenus est. Id. ib. c. 26.

Quoniam pater meus, & mater mea, dereliquerunt me. Pl. 26. 10. Verè, si quis fragilitatem humane nature consideret, & hostium invisibilium potestatem; & quantopere Dei gratia in omnibus actionibus egemus; nullo modo negare poterit, non infantibus à parentibus neglectis rectissime comparari. Porro S. Ilias usque adeo rem hanc intelligebat, ut non infanti; sed pullo hirundinis, seipse comparavit. c. 38. 15. sicut pullos hirundinis. Or. Bellarminus hic.

Homo vanitatis similis fatus est. Pl. 143. 4. Theodocion. quæ similis. Symmachus. vapori.

Vanitas vanitatum. Eccl. 1. 2. Potest hæc gnome appropriari homini, propter quem totus hic Mundus, & omnia hæc vana, creata sunt; quæque parvus quidam est Mundus. Imò ad hominem solum eam arctat Chaldaeus, Cajetanus, & alii. q. d. homo est vanitas vanitatum, idest, universitas vanitatis. Quid ergo est homo? est microcosmus vanitatum, est epitome vanitatum omnium, qui per res ceteras sparsæ sunt. Univerfa vanitas omnis homo vivens. S. Gregor. hom. 29. in Evang. omnis creatura aliquid habet homo; plurimum autem de vanitate earum. Cornelius hic.

Mundum tradidit dispositioni eorum. Eccl. 3. 11. ut homo secum dispartet; & ratiocinetur, de vanitate Mundi; deque temporum; rerumque omnium temporalium successione, rotatione, & transitu. Et ex alia parte de Veritate, constantia, æternitate, & omnimoda perfectione; inde concluderet, sibi que ergo cor tuum, & amorem, avoca à Mundo, & transfer, ac dege in Deum: ille enim solus immensum tuum scieat, & amandi, desiderium satiare, & beatæ, potest. Cornelius hic.

Video homines, velut arbores ambulantes. Marci 8. 24. S. Chrysol. l. 176. Quare vidit sicut arbores, non ut columnas? neque stantes, sed ambulantes? quia post Christi crucem vident, quod homines velut arbores transirent in hoc sæculo, & non manerent. Sylveira addit in Marc. hic.

Cæcus quidam factus est mendicans. Luc. 18. 35. Clara effigies est hominis positi in hujus vite via. An non mendicant homines voluptates, divitias, honores; è cibo, pecunia, agro, ædibus, vestes; à terra, aere? Nulla dies est, in qua non creatura miserimus homo mendicet. Et cum ita egens sit; quid accipiat, cæcus non videt. Quæ putat munera, ludibria sepe sunt: & unde multum credit, vacuum remanet. Goliath. 1. Reg. 17. 51. ensen accipit; putat se defensionem suam accipere: finietur vita, & patibit; non defensionem, sed mortem accepisse. Bæza t. 2. l. 10. c. 4.

Ex Patribus, & aliis.

Scio, Domine, quod nullum peccatum est, quod nunquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo; si Creator destit, à quo factus est homo. S. August. Soliloq. c. 15.

Ubi nunc est decora illa facies? ubi totius corporis dignitas? — marcescebat, proh dolor! stante auro liliis; & purpuræ violæ in pallorem sensim migrabat. S. Hieronym. in epitaphio Nepotiani.

Comparatus est homo jumentis insipientibus. Pejuse est comparari, quam nasci, nam naturaliter non habere rationem, tolerabile est; verum rationis decoratione decoratum irrationabilem creaturam comparari, voluntatis est crimen. S. Chrysol. Rom. ser. de Ascen. Dom.

Homo est flos tempelivæ nascens, tempelivè marcescens. S. Gregor. Naz. or. 10.

Homo natus de muliere, nihil abjectius. S. Bernardus f. heb. pœnoia.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium. Ergone bestia sumus nos? bestia profus: homo enim, cum in honore factus; & comparatus est jumentis insipientibus: bestia profecto sunt homines; oves errantes, non habentes pastorem. Sed

qui sunt venatores isti? venatores utique pessimi, & nequissimi, & callidissimi. Id. ser. 3. super Pl. 90.

Cogita unde veneris, & erubescet; ubi sis, & ingemisce; quò vadas, & contremisce. Idem ser. 12. de div. affect. animæ. Omnes homines lucernæ, quia, & incendi possunt, & extinguuntur: Et lucernæ quidem, cum sapiunt, lucent; & spiritu fervent. Permanserunt lucernæ bonæ ex oleo misericordiarum illius, non ex viribus suis. V. Beda in Joan. c. 5.

Dicenti Profecto urbis Almachio ad S. Crelliam: ignoras, quanam mihi sit potestas? respondit: omnis hominis potestas est perinde ac uter vento plenus; quem si una acu pupugueris, omnis tumor ejus colli flaccescit. Metaphras. 22. Novemb. Nos aper auditu, lynx visu, finia gustu; vultur odoratu, præcedit, aranea tactu.

S. VIII.

Miscellanea.

Hebræi habitaverunt in Ægypto à descensu Jacob ducentis quindecim annis; quibus ita audi sunt, ut, præter parvulos, & uxores, sexies centies millia pedum in egressu numerata sint. Ex. 12. 37. Nec multiplicatio hæc proprie adhibenda miraculo. Docet Diodorus Siculus l. 3. c. 2. Nimum, qui regnare cepit sub annum 250. à diluvio, contra Bactrianos eduxisse pedum decies septies centena millia, & equitum ducenta millia. Vide, quantum 250. annis ex tribus tantum Noe filiis propagati sint homines. Cornelius in Ex. c. 1.

Nicolaus Trigautius l. 1. de expedit. Significat, in eo regno ceteri supra quinquaginta octo miliones auditorum, qui regi pendunt tributum. Sed in his neque mulieres, neque pueri, scilicet milites, neque magistratus, nec literati, alique multi, continentur: qui omnes computantur, excedunt ducentos quinquaginta miliones. Scribant Boterus, & Massius, annum regis Sinarum censum esse centum viginti miliones auri. Id. in H. 49.

In quocumque loco (lignum) ceciderit, ibi erit. Eccl. 11. 3. Pulchre Spiritus Sancti. hominem arbori comparat: I. nam sicut arbor, dum in terra fixa stat, percipit & humorem de terra, & pluviam de cœlo; sic & homo, dum vivit, capax est meriti, & infusionis gratiæ, & donorum spiritualium. II. Sicut in Sylva non solum parvæ, sed & magnæ, arbores fructuantur; sic & pauperes moriuntur; & divites fecerit ad fructum arboris posita est, omnibus imminet. III. Sicut lignis, & arboribus, potissimum utimur, vel ad ædificia, vel ad ignem; sic homines, vel ad gloriam, vel gehennam, destinati sunt. IV. Sicut de arboribus, quamdiu stant, in quem usum tandem applicabuntur, aut in quem partem cadent; sic nec de homine judicare possimus, quid futurum sit, quamdiu hic vivit. Nescit homo, an illa ultima hora dignus amore, vel odio, eris; an ad Austrum, an ad Aquilonem cadet. Diab. Mors.

Cum vivit homo secundum hominem, non secundum Deum; similis est diabolo: quia nec Angelo secundum Angelum; sed secundum Deum vivendum fuit. S. August. de Civit. lib. 14. cap. 4.

Quantum attinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius, quam mens, & ratio. Sed non secundum ipsam debet vivere, qui beatè vult vivere: alioquin secundum hominem vivit; cum secundum Deum vivendum sit; ut possit ad beatitudinem pervenire. Idem l. 1. contra Academicos.

Ille secundum hominem vivit. 1. Cor. 3. 3. qui secundum se ipsum vivit; qui, si potuerit esse, cum quibus vult, pergit, quò vult; dormit, quando, & quamdiu vult; loquitur, quæ vult, & ubi vult; manducat, & bibit, quando, & quò, & quantum vult; ridet, ac lætatur, inter quos vult. Postremo, quidquid naribus suave, quidquid tactu blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris sensibus carnis suæ jucundum, exeret, ac sequitur; qualiter vult. S. Prosper de vita contempl. l. 3. c. 1.

Vitium à se hominem asserit Galenus, qui simul pluviam, grandinamque, suffundendo exprimeret; cum saliva lapillos excrans. Theodorici parens è cute, cum affricaret, fulgura vibrabat. Carmelita cuiusdam è capite sentilla epicabant, quoties cucullum demittebat. Non ita pridem vitus est. Tolentinas quidam in Italia, vir nephritide laborans; qui ad amantem pro calculo reddebat cum lotio, legitimos illos, & probatos, quorum unum præful Malvasia gestabat in annulo: quod ab idoneis testibus confirmatum accepimus; & idipsum confirmat Sylvester Petra Sancta nosler l. de Symb. heroicis.

Habeo ex auctore fide dignissimo, Societatis nostræ religiosi, civem quemdam Augustodunensem in Burgundia, diuturno, atque acri vesicæ dolore afflicto; cum calculo laborare crederetur, cum lotio pisciculum ejecisset. Et hoc animalculum in urina natatum, & lustratum in aqua verò dulci, languescere, & interire, videbatur. Doultreman lib. 1. cap. 2. sect. 3.

ET posuit Ephraim ad dexteram etc. Gen. 48. 14. Theodoretus: disce hic, Deum non prima & nobiliora, ut homines; sed ultima & viliora, prælegere, & præponere: sic hominem Angelo, Abelen Caino, Isaacum Ismaeli, Jacobum Esau, Josephum Rubeno, Moysen Aaroni, Davidem septem fratribus prætulit, & præposuit.

Sublimium thronorum, & dignitatum fastus, mera sunt infamia: sermones verè alati, gloria, æt, nobilitas, vetus sanguis. Omnia humana metus, risus, lango, umbra, ros, flatus, volatus, vapor, infomium, S. Gregor. Naz. Carm. de vite itinerib.

Terreni honores, & dignitates, quasi fumus; quò aliis extolluntur, in nihilum redeunt: & Mundana omnia, ipso jam Mundo ad finem delapso, subsistere nullatenus possunt. B. Petr. Dam. lib. 4. ep. 6.

Terreni honores, & dignitates, quasi fumus; quò aliis extolluntur, in nihilum redeunt: & Mundana omnia, ipso jam Mundo ad finem delapso, subsistere nullatenus possunt. B. Petr. Dam. lib. 4. ep. 6.

Adhuc reliquus est parvulus. 1. Reg. 16. 11. Quàm diversa iudicia sunt Dei, & hominum. Isai enim Davidem, ut juvenem, & minimum, ideoque oves pascentem, parvi aestimavit; deo dignum conspectu Samuelis; unde eum non adduxit. Deus autem eum omnibus fratribus prætulit, regemque creavit, cum esset viginti circiter annorum. Cornelius hic.

Miserant eum in lacum leonum. Dan. 6. 16. Quem hodie super omnes regni fatras, & principes, evertum, summis honoribus cumulat, vidistis; cras ad mortem condemnatus in lacum leonum coniectetur. Vide, quàm fragilis, & inanis, sit Mundi hujus gloria, & favor. Bessius D. 2. Adv.

Janues in vinculis. Matth. 11. 2. Quem omnes paulo antè ut prophetam suspexerant, Messiam esse crederant; ad quem legati a rege Herode destinati erant: hodie in carceribus gemit, compediibus confectus jacet, ac brevi carnificis mucrone vitam amissurus. Bessius D. 2. Adv.

Offendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis. Luc. 4. 5. Bene in momento temporis secularia, & terrena, monstrantur: non enim tam conspectus celeritas indicatur, quàm caducæ fragilitatis potestatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt. Et sæpe honor Sæculi abiit, antequam venerit. S. Ambros. hic.

Lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem. Act. 14. 18. Paulum, cum Lystris miraculosè claudum ab utero matris perlasset, cives, novo hoc miraculo perculli, dixerunt ad invicem: dis similes facti hominibus descendunt ad nos; atque ideoque Paulum Mercurii, Barnabam Jovis nomine donarunt. Quin & ipsi sacrificii noctentes coronas, & festa, victimasque ad domum illorum adducentes, iidem illas immolare velut diis, voluerunt. Sed audite, quid mox contigisse Scriptura dicat: superaverunt quidam Judæi, & persecuti turbis lapidantes Paulum etc. Bess. ib.

Jactas, quia prodeunt illico eeditur; & homines, tanquam feram, declinant, aut bestiam. Num hæc esse aliquid putas? S. Ambros. in Pl. 1. Non sic impij.

Sine causa est aforis vel genere, vel honore, conspicuus, qui non est intus ingenius. B. Casarius Arel. hom. 2. de Pascha.

Hi in curribus, & hi in equis etc. Psal. 19. 8. Non se extollant homines in suis dignitatibus; non se sublimes putent honoribus: caveant, ne in equo indomito præcipitentur. S. August. hic.

Ascendite eo in naviculum - ecce motus factus est mari. Matth. 8. 23. Nullus in Mundo ascensus eum quiescit. Ad sublimes honores per somnium solum adhuc ascendit Josephus audi strepitus: nunquid rex noster erit? Gen. 37. 8. Perstreptit pater: quid sibi vult hoc somnium? v. 10. Alvarez Illustr. 50.

Disce, quàm tumultuosa sibi, & aliis, sit ambitio. S. Paulinus ep. ad Romanianum: blandum nomen honos; sed mala servitus.

Cogitet, qui honorem affectat; tempestatem se affectate. Philo lib. de Joseph.

Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? S. Greg. p. 1. pastor. c. 9.

Manus elevatæ pallefcunt: multi ad honores elevati perdunt sanguinem; vigorem pietatis &c. Berengarius in Similitudinib.

Aquila testudinem elevans. Lem. Elevat, ut alidat. Quidquid in altum fortuna tulit, ruitura levat. Seneca in Agamem. Act. 1. Picinelli.

Auræ compedes pedibus injectæ. Lem. Auro licet illa, stringens. Honor splendens. S. Ambrosius, Bovius. Mallei in mola sublatis. Lem. Tolluntur in altum, ut lapsu graviores ruant. Bovius.

Quanto plus honoramus, tanto plus periclitamur. S. August. in Pl. 106.

Honores hujus Sæculi quid sunt? nisi risus, & inanitas, & ruine periculum. Id. l. de catech. rud. c. 16.

Quanto major honor, tanto majora pericula: alta enim arbor ventis fortius agitur. S. Isidorus Syn. l. 2. c. 17.

Plus habent ponderis ad ruinam, quæ sunt cæteris altiora. Lactantius l. 7. de div. precmio.

Cui soror pueri etc. Ex. 2. 7. Cùm Pharao, pueri venustatem miratus, coronam suam capiti ejus imponeret, puer coronam projecit in terram, & fregit. Hugo Card. hic.

Expulavit non tunicam mea. Cant. 5. 3. Tunica sua Sponsa se expulavit: quia omnia exteriora, quibus honorabatur, & celebrabatur, abiecit. S. Greg. hic.

Flevit. Luc. 19. 41. Si quis Prælatorum in pompis puerili, & vana, exultatione delectetur; si ad honores caducos gloriabundus exultaret; si de se faciat idolum, & statum Nabuchodonosor; exhorretat potius instar Christi, qui summos inter honores flevit: dum scilicet inter plausus die Palmatum ingressus Jerusalem. Gerson. ser. de Circumcis. Dom.

Descendit de camelo-tollens citò pallium, operavit se. Gen. 24. 64. 65. Anima Christiana, si videris sponsum tuum Isaac ire peditem; debes tu, ad imitationem Rebecæ, teipsum opere chlamyde: eò quòd pudere te debeat, videre Jesum Christum in ignominia, & te in alto hujus Mundi honoris camelo constitutam. Stella p. 1. c. 3.

Hic dicit primus, & novissimus. Apoc. 2. 8. Rupertus hic: ille, cum apud Deum esset primus, & pretiosus; secundum alteram naturam Filius Dei, & secundum alteram Filius intemeratæ Virginis; cum, inquam, sic esset, primus, & optimus; apud homines fuit novissimus, idest, vilissimus. Quid ergo magnum? si tu o homo, & non Deus, detu honore quantumcumque propter illum es dejectus.

Qui honoribus delectatur, aspiciat Dominum gloria, & regem regum, vilissimum, & omnino abjectum. Vilis est pars illa, & abjectianda, quæ, capite dejecto, videri appetit gloria. Confundatur, respiciatur, abjectetur humana superbia; & quando sic est humiliata majestas divina. Qui divitiis sublimatur, aspiciat, Mundi Dominum esse pauperimum, & egenum. Quis unquam ita pauper, ut Dominus; ut cinam ad solatium non haberet. S. Bonavent. ser. 11. de tempore.

Pecunias quidem facile quisque contemnet, dum id instituerit: porò honoris est negligentem, laudemque non affectare multorum, maximo labore indiget. Magna philosophia, & animæ cujusdam Angelicæ, & quæ ipsum vocem cardinis ecclesiæ attigerit, certum argumentum S. Chryostomus in ep. ad Tit. cap. 1. hom. 2.

Utinam nulla sit principis dignitas, nulla prærogativa loci, nullum privilegium tyranicum; quò ex virtute sola cognoscere-mur. Nunc autem illud, & finitum, & medium, & sublimis, & inferius, & prælio, & par in medio; multas nobis, citra fructum ullum, collisiones pepererunt, multos in foveam præcipitarunt, & ad hircos aggregarunt; non solum inferioris sortis homines, sed etiam pastores; qui, cum israeliticorum Magistri sint, hæc ignorarunt. S. Greg. Naz. or. 13.

Homo, natus ad laborem, non ad honorem. S. Bern. l. 2. de considerat.

Honores tituli, nomina, gradus, & dignitates, ad instar croci sunt: tunc melius crescentis, & lætius provenientis; cum pedibus conculcantur. S. Franc. Sales. c. 5.

Event forte, ut, in frequentissimo congressu duo nobilissimæ femine convenirent, & de digniore loco contendere! utraq; alteram præcedere nitentibus rem ad Imp. Carolum V. deferendam clamant: qui, re examinata, sic decernit: præcedat semper, quæ de duabus stultior est. Cumque nulla stultior videri vellet, deseruit illis. Alvarez Illustr. 95.

Abel autem, & Joseph novissimos. Gen. 33. 2. tanquam prædilectos, & principales, ait Lyræ Abul. fortè iste ordo hebat sic; ut monstraretur Esau prudentia Jacob, potentis in principio ea, quæ minus honoranda videbatur. Magis honoratur, qui plus diligitur. Alvarez Illustr. 16.

Cumque adorarent eum fratres sui. Genes. 42. 6. En, quem fratrem despexerant, dominum adorant quærentes alimenta. Cùm se nullatenus fratre egere putabant, limis aspiciabant; aut vero, cum ab arbitrio ejus penderet, venerabundi suspiciunt. Non tam animus adoravit, quàm indigentia. Ecce revera, quomodo manipuli eorum manipulum ejus adorant; dum non ob aliud ignotum sibi principem Ægypti adorant; nisi quia defuerant manipuli eorum: ille autem de manipulis plenum habebat horreum, Naxera in Jos. 9. S. 7.

Videns Jesum à longe cucurrit, & adoravit. Marc. 5. 6. Cur modo prostratus aderat demon, qui in deserto superbus adorari volebat? Sanct. Chrysol. ser. 17. quid est, diabole? quem trina tentatione provocabas ad lapsum; quem promissione regi, ut te adoraret, subdolos ambiebas; quem tremens, & miserandus, prolaberis; & adoras? Agnoscunt, agnoscunt Deum; judicem confitentur; clamant, se judicium debere. Ad potentis timent conspectum; adorant modo judicem, quem paulò antè despexerunt jejunum. Naxera in Jos. 9. S. 7.

Mulier, quid ploras? quem quæris? Domine, si tu sustulisti eum, dicit mihi etc. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa dicit ei Rabboni, quod dicitur Magister. Joan. 20. 15. 16. Antè hortulanum dominum vocans, Dominum modo Magistrum appellat. S. August. in Catena: nemo calumnietur mulieri, quòd hortulanum dixerit dominum, & Jesum magistrum: ibi enim rogabat, hic agnoscit.

Imago lignea terreni regis honoratur; magis magis rationalis imago Dei? S. Cyrill. Jerof. Catech. 12. Summ cultibet honorem impendat. Quid enim honor aliud, quàm unicuique actus omnium virtutum. Hic enim est prudentia, cum attenditur, cui, quando, ubi, quomodo, tribuatur. Justitia verò, cum non justò minus impenditur: magnanimitas, cum non debito amplius datur: temperantia, cum modeste defertur. Nam extra modum honorare, illudere est. S. Cyrill. Jerof. Apol. mor. l. 1. c. 18.

Novo modo optimi, ac pessimi, viri nunquam ferè minus discernunt esse, quàm in honore. S. Eucherius ep. parænet. ad Valerianum.

Nec Christus præfecit Andream, qui primò pervenit ad Christi noticiam; sed Petrum, quem præsignum agnovit: quia non est de ordine verè justitiæ, ut magis præteratur prioritati temporis, quàm dignitati virtutis. Simon Cass. de justit. Christi. l. 1. c. 4.

Sicut qui mortuus esserunt, videntur quidem illos honoribus afficere suffitu incenso, cereorum accensione; sed, quòd intendunt, est, in sepulchrum cadaver conjicere. Sepulchrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant. Octavianus in Eccl. 7.

Resplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Dominus in secessu montis etiam vestimenta luce mutaverat; sed lineamenta Petro agnoscibilia servaverat. Ubi etiam Moyses, & Elias, cum ea loquentis; aliter in imagine carnis nondum receptæ, alter in veritate, nondum defunctæ; eandem tamen habitudinem corporis etiam in gloria perseverare docuerunt. Tertull. de resurr. carnis.

Homo peregrè professiens. Matth. 25. 14. Cur hic solum vocatur homo, cum Matth. 20. 1. dicatur homo pater familias? & Rex Matth. 22. 2. maxime cum dicat S. Hieron. homo iste haud dubium, quin Christus sit; qui ad Patrem post resurrectionem victor ascendens vocatis Apostolis doctrinam Evangelicam tradidit. Resp. est etiam in gloria memor humilitatis. Sylveira hic.

Cum venerit Filius hominis in majestate sua. Matth. 25. 31. Mirare Regis Jesus indolem. Minabatur se in judicium severum judicem venturum: quid tunc e ecce dies venit, tribunal apparet, & rei circumstant: & rei sicut pastor segregat oves ab hærdis. Sicut pastor ait: in ipsius justitiæ acie se meminit pastorem, & pastorem agit. Bæza tom. 2. lib. 13. cap. 3. S. 4.

Quotidus fecisti uni ex his fratribus meis minimis etc. Matth. 25. 40. Quid ais? si fratres tui sunt; quomodo minimos appellas? imò vero ideo fratres, quia humiles, quia pauperes, & abjecti: hos enim maxime ad fraternitatem convocat suam; quia ignoti, & despiciabiles sunt. S. Chrysol. hom. 80. Homo, & P. Spanner Poly. Tom. 1.

si ex humili generatur, & Deo præstante, ascendit ad aliquam dignitatem; & erubescit generationem suam audire. Et Christus adhuc gloriatur fratres suos dicendo, sedens in Majestatis; quia veniens in judicio gloria non mutabit voluntatem priorem. Author. Imp. op. hom. 50.

Ite, nuntiate fratribus meis. Matth. 28. 10. O confusionem humanæ superbiæ! Jesus effectus immortalis; accepta omni potestate in cælo, & in terra, amicos suos, eosque piscatores; quos olim humilis vocat amicos, modo appellat fratres. Et non elevati ad superiorem gradum, quos prius habebamus fratres, dedignamur habere amicos. Cajetanus hic. O insolita clementia Principis! qui post victoriam deligno, de tumulo, de tartarea lege, reportatam; appellat fratres. S. Bernardinus t. 2. f. 58. de Resurrect.

Facite illos discumbere. Luc. 12. 37. Discumbenti homini Deus addat, & addat in cælestibus epulanti. Servo servit Dominus, & servit accinctus. Pueris suis, & ministris suis, ministerium facit Christus; & facit in Patris gloria constitutus. S. Chrysol. ser. 24. Qui tibi in terra, lavando pedes, extremum præsentavit obsequium; & repropinit in cælestibus extremam servitum. Id. ibid.

Transiens ministravit illis. Luc. 12. 37. In apice honoris, & gloriæ, ad dexteram Patris constitutus, ministrat. Tantum placuit humilitatis obsequium; ut in eo honore pristinæ humilitatis imperii insulas non deponat. Arcones in Il. 2. Discursu 6.

Offendit eis manus, & pedes. Luc. 24. 40. S. Cyrill. Alex. in Catena: non alius est, qui viderit; sed ille idem, quem viderant in ligno mortuum. Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Licet enim appareret in tanta resurrectionis gloria sublimatus; tamen ille idem ipse erat, qui privatim hominem agebat, qui in cruce erat. Tanto gloriæ fastigio non est mutatus in sternam; sed idem ille, quem viderant in cruce mortuum. Sylv. hic.

Versissimus quia hortulanus esset. Joan. 20. 15. Cur resurgens similis videri voluit hortulano: ut in eo honore pristinæ humilitatis exemplum retineret; & adhuc pro hominum salute laborare potius, quàm regnare; velle videretur. Mendoza in 1. Reg. 11. v. 5.

Fratres ipse cognoscens non est cognitus ab eis. Genes. 42. 8. Nota, quòd Joseph in dignitate constitutus fratres noscat; licet vulgari amictos veste; licet medicantes frumentum. Solent enim, qui dignitates consequuntur, miseris, antè bene cognitos non agnoscere. Alvarez Illustr. 179. hic.

Aperitque ostia domus Domini. 1. Reg. 3. 15. Samuel ad sublimiorem gradum propheticæ dignitatis evertum, cum Deo familiariter colloctus; ac de rebus sub Magistro certissimè eventurus edoctus; tamen nec tanto honore tumidus, nec tanta scientia inflatus; ad eadem ministeria, quæ antea humilis exercebat, humilior recurrit. Mendoza hic.

Quidquid ille (Mardocheus) præcipiebat etc. Eth. 2. 20. faciebat. Et captiva facta regina obedientiam confervavit. Mendoza ut.

Puer meus jacet. Matth. 9. 6. Laudatur Centurionis in servum benignitas, & fides. Unde ei tanta fuit benevolentia; quia proculdubio olim etiam unus fuerat de gregariis. Eleobar t. 6. par. Chr. hic Obs. 2.

Et portaretur ab Angelis in sinu Abrabæ. Luc. 16. 22. Revera fratres, parum se beatum creditit Abraham, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessare officio, & solus donis fruereur divinis; qui hic humana bona, crudeliter se credidit, si negaret. S. Chrysol. 121.

Vado piscari. Jo. 21. 3. Petrus Apostolorum Princeps, & totius Ecclesiæ pastor jam designatus; post Christi resurrectionem; post apertum ei sensum, ut intelligeret Scripturas; post acceptum Spiritum Sanctum ad artem piscatoriam exercendam rediit. Mendoza in 1. Reg. 10.

Etiam comedere cunctis diebus vitæ tuæ. Gen. 3. 14. Ad hominem verò: in laboribus comedet ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. v. 17. Serpens, & homo, dicitur terram, seu ex terra comedurus: sed homo in laboribus; non serpens: quia labor via est, ad quam non serpens jam extra viam positus, sed homo, adhuc in via constitutus, aspirat. Mendoza in 1. Reg. 8. v. 7. gradus ad honorem labor.

Dimitte me, ut irascatur furor meus. Ex. 32. 10. Quid Moyles? ne quòd dicant Ægyptii, callidè eduxit eos, ut irascerentur in mortibus. ver. 12. Sui oblitus, causas fecit honoris Dei. Nimirum vel ad divinitatis insulas vocatus confisus se Deum Pharaonis. Ex. 7. 1. linguæ impedimenta allegavit,

